Fragmentarium

organa sensuū faciliter pati sed etiam aliquid
agere in corpora vicina . non etiā in eodem sbo
sibi coniuncta . In isto enim experta probant q̄ quē
admodū visus patitur a diversis etiā agit ali
quid in corpora se tangentia . in speculis enim
valde puris si contingat mulieres inspicere men
struis supvenientibus generatur superficies que
dam velud nubes sanguinea . et si quidē nouū
sit speculum non facile est abstergere huiusmodi
maculam . si autem vetus: facile qd' contingit ideo
q̄ in veteri sicut sordicies quedā nubee que ex
cludūt maculā ex oculo menstruate per aerem
venientem . causa autem est quia sicut diximus
non patitur solum visus ab aere inspiciendo for
mam visibilis sed etiam facit aliquid in aerem
et ideo sanguis fluens vaporabiliter resolutus in
aerem ex oculis menstruate facit in aerem et ī
oculum sicut faciūt oīa splendida que illuīatio
nem aliq̄ largiūtur corporibus sibi vicinis . post
q̄ a luminosis perceperūt lumen et organum est
de numero splendidorū et de numero eorū qui ha
bent colorem . multa enim colorata sunt splen
dida non quidem propter lumen qd' sit in ipis
sed propter qd' verberatur super ea sicut diximus
in libro de sensu et sensato . In mulieribus autem
menstruatis rationabile est oclos affici sanguine
sicut et omnes reliqne partes corporis earum af
ficiūtur . Naturaliter enim sedm suā cōpositionem
existunt pleni venarū que sunt vie sanguinis
ideoq̄ cum fiunt menstrua propter turbationem
et fervorem licet nobis incerta sit differentia san
guinis illi⁹ qui distiuit ex oculis . scimus tamē
q̄ inest in ipis aliqua differentia et portio men
strui sanguinis sicut et in ceteris membris . sci
mus enim q̄ eadem est natura seminis et mēstruo
rū eo q̄ utrūq̄ est superfluū ex quo fit generatio .
nisi q̄ semen est activū : menstrualis vero sanguis
passivū . semen autē a quo fit generatio totius ne
cesse est q̄ descendatur a toto corpore licet a capite
descendatur plus q̄ ab aliis membris . menstruū
igitur a toto corpore descendetur et sic erit sui ali
qua pars currens in oculis : et cum fervet et resol
uitur vaporabiliter movetur aer ab ipso et serpit
alteratio ista et motus usq̄ ad aerem qui in spe
culis est tangens speculi superficiem propter con
tinuitatem qua continuatur totus aer ab oculis
usq̄ ad speculū et qualē quedam facit ocls aerē
et talem facit eum qualis ipse est in passione
sine qualitate eadem existens . aer autem talem
facit speculi supficiem ita enim fit in speculo mū
do sicut fit in vestibus . vestes enim que maxime
munde sunt ille citissime inquināntur . qd' enī val
de purū est diligenter monstrat sordidum qd' exce
perit et presertim minimos motus sedm altera
tionem factos . ōne enī qd' politū et planū est
qualēcūq̄ parvū tactū etiam mundissime man⁹
maxime sentit et demonstrat . statī enim spissam

mulieres menstruis supvenientibus

sangūs fluēs vaporabilit' resolutus

ī mulierib⁹ mēstruatis

utrūq̄ est supfluū ex quo fit generatio

ita fit ī speculo mūdo sicut fit ī vestibus

trahit nubem . oportet intelligere hunc tactum
sive qualitatem que inficit tangens factum esse
tamq̄ quandā aeris infecti a nube sanguinea
attritionē in superficiem speculi . et tamq̄ attri
tionem quādā aeris ad speculum . et sicut atteri
dicuntur qui se colligūt per conf ricationē . et
q̄ sit tamq̄ explicatio quedam aeris ad speculū
. hec enī tria succedunt sibi cum speculū ex aere
inficitur primū quidem tangit ipm cum extre
mū aeris est cum extremo speculi . sedo attigit
aer speculum quasi ingerens se in profundum
speculi . tertio autem expoliat se forma nubis in
ducendo eam in speculū et speculū retinet eam
propter suam diuinam sbam . hec autē macula
statim fit manifesta qualiscūq̄ sit parva vel
magna propter mundiciam speculi q̄ autem nō
de facili et celeriter exit a novis speculis . causa
est hec q̄ purū politum et planū est speculum
ex hiis enim dispositionibus serpit macula in
profundū speculi ōnino . Nam eo quidem q̄ purū
est speculū serpit in profundum oīo speculi ma
cula ideo autem quia planū est serpit universa
liter et oīo quia in plana supficie facilis est dif
fusio vaporis cum nulla pars emineat que pro
tegat sibi vicinas partes ab infectione . in veteri
bus autem speculis macula non est una neq̄
simul quia non in ea serpit macula in profū
dū sed magis enatat in superficie speculi cui⁹
causa superius assignata est . quoniā quidem i
gitur a parvis differentiis sensibiliū fiat mo
tus et alteratio organorū et celeres sensus sedm
actū ex potentia moti . amplius autem qm̄ nō
solum patitur sensus sed etiam ex contrario .
agit organū per quod sentimus colorata . ma
nifestum est ex hiis que inducta sunt . attestan
tur etiam hiis que dicta sunt etiam ea que cir
ca vina et que circa pigmenta eueniūt . oleū
enim qd' separatū est ab amurca et est prepa
ratum et depuratū cito accipit odores corporum
sibi proximorū et oīa patiūtur illud ipm . Non
enim vine solis cōmiscentur odoribus corporū q̄
īmittūtur in vinū sicut fit in vino pigmentato
sed recipiūt etiā odores ipor corporū que prope
vasa ponūtur vel per se iuxta vasa existūt . ex ō
nibus hiis que dicta sunt arguimus duas con
clusiones quarū una est si facile et celeriter et
usq̄ in profundū sui sicut speculum a parvis
differentiis patitur ab extra . q̄ similiter facile et
celeriter potest moveri organum sensus a parti
culis intra cum ille sint in organis sensuum
coniuncte in eodem sbo . et continuus sit nervus
ab interioribus ad organa veniens . Exteriora
autem sunt diversa ab eis in sbiecto et non ha
bentia adeo naturalem cōtinuitatē usq̄ ad ipsa .
secunda q̄ cū organū sensus agat sedm passionē
īnaturaliter et accidentaliter accepta in aliud
corpus qd' non est secū in eodem sbo q̄ multo for

Atteri dicit[ur] qui se colligunt p[er] confricatione[m]

No[ta]

hec macula statim fit manifesta qualiscumq[ue] sit p[ar]ua

Cu[m] nulla p[ar]s emineat q[ue] p[ro]tegat sibi vicinas

... vina et circa pigmenta eueniu[n]t

Celeriter p[otes]t moueri organum sensus

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 95, f. 7r – Albertus Magnus, Commentarius in librum de anima and De somno et vigilia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zxc4/8645/65881)